

Liber

Confortatus autem frater monente sancto sciore remeavit ad cellulam suam. et ibi compugnatio valde turbabat cor eius. Et statim eadem hora noctis reversus est ad seniore[m]: et deprecabatur ut intentius pro eo dominium exoraret. Dixitque ei senior. Ne pumescas fili neque resoluas neque abscondas cogitationes tuas. Ita enim consilius spiritus immundus discedet a te. Nihil enim ita allidit virtutem demonum quam si quis secreta immundarum cogitationum reuelaverit sanctis ac beatissimis patribus. Viriliter age fili: et confortetur cor tuum a sustine dominum. Ubi enim durior est pugna ibi gloriosior erit et corona. Denique sanctus propheta Isaia dicit. Nunquid invalida est manus domini ad salvandum? at aggravata est auris eius ut non exaudiat. Considera ergo filiule quia certamen tuum expectat dominus: tibi quoque contra dyabolum dimicanti parat eternitatis coronam. **Jo** monet nos sancta scriptura dicens. Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Hec autem audiens frater confirmatus est cor eius in domino et permansit apud seniore[m]. noluitque ultra reverti ad cellulam suam.

Ca. iij.

Frater quidam in heremo Scythie promptus et alacrius opus domini in spirituali conversatione. Huic autem inimicus generis humani dyabolus misit cogitationes ut de re corde daretur cuiusdam note si-

bi mulieris pulchritudinem: et babatur in cogitationibus sui cordis vehementer. Contigit autem ex dispensatione domini Ihesu[m] alius quidam frater de Egipto venire ad visitandum eum in caritate Christi, et dum inter se loquerentur: evenit sermo ut diceret ille frater de Egipto quia mortua est mulier illa. Ipsi autem erat in cuius persona impugnabatur frater ille supradictus. Hec autem cum audisset frater ille post dies paucos abiit ad locum illum ubi positus erat corpus illius mulieris defuncte: et aperuit noctu sepulchrum eius: et de pallio eius terxit sanem putredinis eius. Et reversus est ad cellulam suam: ponebatque illum fetorem in conspectu suo: et dicebat cogitationibus suis. Ecce habes desiderium quod querebas: satia te ex eo. Et ita in illo fetore cruciabat semetipsum usque ad confusum ab ipsa foetidissima impugnatione.

Ca. iij.
Tem alius frater erat in heremo habitabat autem in loco quod dicitur Cellia: et impugnabant eum demones in passione fornicationis. Cogitabat autem apud semetipsum dicens: quia forsitan oportet me magis in opere manuum laborare: ut extinguatur carnalis sensus meus. Erat autem idem frater arte figulus. Exurgens ergo fecit in luto et plasnavit quasi figuram mulieris et dixit cogitationibus suis. Ecce uxor tua adest. Necessarius est ergo ut super consuetudinem addas in opere manuum tuarum.